



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 5. Peßimæ artes, quibus diutiæ atq[ue] nobilitas sæpe sunt quæsitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

68 Cap. IV. Miseria in acquirendis,

& quos non? Ut pecuniæ habeantur, profiliatur fides, proditur patria, amittitur cœlum, venditur anima diabolo, traditur Deus Iudæo. Neque enim satis est, Iudam hoc semel fecisse, adhuc hodie reperiuntur, qui vi nummos referant, deferunt hostiam consecratam, ad recutitos, impijs cultris conuinerandam. Quis honor, quæ honestas, quæ nobilitas inesse potest auri argentiique sacculis, aut prædijs in hunc modum acquisitis? Et tamen quoties nobilitas non nisi hi artibus comparatur?

§. V.

Pessimæ artes, quibus diuitiae atque nobilitas sape sunt quaestæ-

Quod, apud puræ Latinitatis, sed non item puræ castitatis authorem Pandanus ostendit, qui lenocinij mercede sortitus est Comitatum, & auream bullam sue nobilitatis postiritati nulla virtute comparatam demonstravit. Cuius exemplo scriptor hæc subiungit  
*In nobilitate multi sunt gradus, mihi Marianus & sanè, si cuiuslibet originem quaras (sicut me sententia fert) aut nullas nobilitates inuenias, aut admodum paucas, que sceleratum non habuerunt ortum. Cum enim hos dici nobiles videamus, qui dinitijs abundant, dinitia verari*

Imperialis Secretarius in hist. de Euryalo.

raro virtutis sunt comites, quis non videt ortum  
esse nobilitatis degenerē? Hunc usurā ditarunt:  
illum spolia: proditiones alium: hic veneficijs  
ditatus est: ille adulatio[n]ibus: huic adulteria  
lucrum prabent: nonnullis mendacia prosunt:  
quidam faciunt ex coniuge quæsum: quidam  
ex natis: plerosque homicidia iuuant. Rarus est,  
qui iuste dinitias congregat. Nemo fastum am-  
plum facit, nisi qui omnes metit herbas. Congre-  
gant homines dinitias multas; nec unde veni-  
ant, sed quām multa veniant, querunt. Om-  
nibus is versus placet:

Vnde habeas querit nemo: sed oportet ha-  
bere.

Postquam verò plena est arca, tunc nobilitas po-  
scitur: que sic quæsta, nihil est aliud, quām  
præmium iniquitatis. Et paulò pòst. Non  
miror aureas vestes, equos, canes, ordinem  
famulorum, lautas mensas, marmoreas aedes,  
villas, prædia, piscinas, iurisdictiones, silvas:  
nam hæc omnia stultus assequi potest, quem si  
quis nobilem dixerit, ipse fiet stultus. Hæc de  
nobilitate emta, non de illis, quos vir-  
tus, aut fortitudo bellica, scientiæ nobili-  
tauerunt. Huius enim nobilitatis origo  
honore dignissima semper judicata est: em-  
pta autem nobilitas tanti facienda est,

70 Cap. IV. Miseria in acquirendis,

quanti pecunia, quæ vtiq; non ornat eos, à  
quibus fuit, per furta, aut fraudes compara-  
ta. Quæ cùm ita sint, nonnè meritò Chri-

Matth. 13. stus diuitias cum spinis comparauit, quæ &  
7. pulchritudine carent, & molestæ sunt rosas  
colligentibus, & denique vulnerant con-  
trectantes. Longè sanè profundius aculeum

imprimunt diuitiæ, quibus incautè manus  
injiciuntur. Vno verbo, pauper est, qui vult  
esse diues; nec raro dum quærat pecuniam,

Ioann. amittit vitam. Ita memorat Ioannes Nau-  
Naucler. clerus, Anno 1198, Richardum regem An-  
Chrono- glie, cùm audiuisset quemdam militem Le-  
graph. vo- mouicensis diœcesis in suo castro thesa-  
lum. 2. rum magnum reperisse, cupiditate accen-  
Gener. sum, à vicecomite Lemouicensi, ad quem

40. Anno securitatis caussa confugerat, militem re-  
1198. petijisse. Negatus est illi miles. Quare in-  
dicto castro eum rex obsedit, thesauro po-  
titurus. Sed neque arcem, neque militem,  
neque aurum cepit. Quippe cùm castrum  
noctes diesque quateret, rex que ipse oppu-  
gnantibus instaret, sagitta ictus interiit.  
Hoc habet, non thesaurum.

Lucan.  
lib. 3. bel-  
li ciu.

Usque adeò solus ferrum, mortemq; timet  
Auri nescit amor.

§. VI.